Manifestum sit cunctis quod ego Raimundus de Villamlor confiteor me et recognosco recepisse a te Jusiana uxore mea .M. aureos barbirogs bonos et fini
et auri recti pensi. Quos dono tibi et assigno in omni meo castro de Torales. et in omnibus suis pertinentiis et tenedonibus. et in omni honore de Septem domibus. et in omni ho-
nore et in totum quantum habeo et habere debeo aliqua voce vel racione a villa Bisitt supra. et in omni honore que habeo et habere debeo aliquo modo in tota parrochia de Cris-
piniano [?]. et in omni honore de Pudols. et in omnibus eorum pertinentiis. et tenedonibus et possessionibus. Tali siquidem condicione ut habeas omnia pertaxata. et teneas et possideas
et explectes iure pignoris tui cum omni sua proprietate sive integritate. tantum ac tandiu donec reddantur tibi ut [illegible] prefati .M. aurei. ad tuam voluntatem et sine
tuo engano. non computando fructus vel exitus in sorte pertaxate peccunie set habeas per tua gaudida ad omnem tuam volutatem faciendam. Adhuc etiam dono tibi et conce-
do alios .M. aureos quos habeas in omni honore predicto. et ita habeas duo .M. aureos ad faciendam omnem tuam voluntatem super omnem predictum honorem. et teneas
eum tantum et explectes donec predicti duo .M. aurei tibi reddantur et persolvantur a proximis meis. sicut melius potest dici vel intelligi. ad tuum tuorumque comodum et
intellectum absque dolo malo. Et si aliquo iure sive exceptione aliquo huic contractui obviam ire possem. illi iuri omnio renuncio. Si quis hoc rumpere voluerit. non
valeat. Actum est hoc .VIII. kalendas febr. Anno domini .M.CC.I. Sig+num Raimundi de Villamlor. qui hoc firmo firmarique rogo. Sig+num Arnalli de
Lercio. Sig+num Arnalli de Pubul. Sig+num Bengarii de Burdills. Sig+num Bengarii de Fabars. Sig+num Arnalli de Fabariis. Sig+num
Arnalli de Forano. Sig+num Bengarii de Rivo piraz. Sig+num Petri de Cornillano. Sig+num Dalmatii de Crexello. Sig+num Artalli de
Forano. Sig+num Gaufridi de Rochabertino.

[signum] Stephani qui hoc scripsit die et anno quo supra [signum] pr.

[signum] [illegible] presbiter et publicus scriptor Gerunde subscribo.

Nº 23 f. 384 C. TORS. Peladomentis. Nº 63 5-2-1202

Empeñamiento que Ramon de [illegible] de las Torres hizo a Juliana [illegible] de los Toralles y [illegible] por 1000 [illegible] que de ella habia rebut.

11. [illegible] f. 387a

Toralles y Ser [illegible].

Besalú.

Crespià.

Púbol.

Nro 24 del plec de Toralles.

40 f. 387a

T. 800 X 340

57